



Del zu Pms Za 65 35 d 40

aber teilw. andere Drucker

OBITVM
VIRI PERILLVSTRIS
 ATQVE
GENEROSISSIMI,
DN. CAROLI
 DE **DIESKAV,**
POTENTISSIMI PORVS-
SIÆ REGIS A CONSILIIIS
SECRETIORIBVS,

NEC NON
REGIMINIS ET CONSILII SACRI
MAGDEBVRGICI SENIORIS,
DYNASTÆ IN DIESKAV, LOHAV ET
BRVCKDORF &c.

CVM IS,
 EGREGIIS, DVM VIVERET, VIRTVTIBVS
 CONSPICVVS,
 AD D. XIX. OCTOBRIS CIO IO CC XXI,
 MORTALITATEM EXVISSET,
 PROPTER INSIGNIA
 IN GYMNASIVM ILLVSTRE REFORMATORVM,
 QVOD HALÆ EST,
 MERITA,

GRATVM ANIMVM TESTATVRI,
SEQUENTI EPICEDIO
 PROSECVTI SVNT
SACRORVM AD TEMPLVM CATHEDRALE
IBIDEM MINISTRI
 ET
GYMNASII ISTIVS CVRATORES.

~~~~~  
*HALÆ MAGDEBVRGICÆ,*  
 LITERIS CHRISTOPH. SALFELDHV VIDVÆ.



Cecidit, heu! fato functus **DIESKOVIVS**  
Heros,  
Heu! qui perpetuo vivere dignus erat.  
Flebilis innexos Elegia soluta capillos  
Nunc querulum tristi carmine funde  
melos.

At vos, Gymnafides Mufæ, nunc ponite plectra,  
Lugubresque canat tibia veftra modos.  
Vefter erat: laxate comas, obducite vultus,  
Nigraque pro niveis fumite vela peplis.  
Vefter erat: iufto quin indulgete dolori,  
Iuftus erit, quamvis maximus ille dolor.  
Nunc lacrimis ftillentque oculi, nunc fletibus ora,  
Planctibus & duris corda manusque vacent;  
Et queftu replete pio primum atria Veftra,  
Tum per quas funus ducitur inde vias;  
Ibitis inferias tardo pede, vertice preffo,  
Hoc veftrum imprimis flebile munus erit.  
Ad tumulum vero planctu gemituque profundo  
Manibus & lacrimis folvite iufte piis.  
Sed tamen & meritos quoque dicite laudis honores,  
Ceui dolor & gemitus, ceui lacrimæque finent.  
Triftitiæque notam plantate ad bufta cupreffum,  
Atque olim cippo verba legenda date.  
Quin lacrimas ad bufta juvet pro thure quotannis,  
Et memores laudes fertaque lecta dare.  
Ut taceamus enim Proavos & gentis honores,  
Et fulgens priſca nobilitate genus;  
Et quibus eximios ipſe eſt bene functus honores,  
Factaque, quæ ſolers ipſe decora dedit;



Et multa dotes animi virtute coruscas,  
 Quarum nulla sua nobilitate minor;  
 Ob quæ charus erat Regi Regisque Ministris,  
 Et patriæ, & cunctis utilis usque bonis.  
 Ob quæ illustris erat, patrio si stemmate non sit,  
 Quo tamen imprimis nobilis ipse fuit.  
 Ob quæ fama Viri dudum celebrata per orbem,  
 Vixerit ipse licet, non moritura cluet.  
 Sed dum deliciis coelesti sede recepta  
 Mens fruitur, terris illa superstes erit.  
 Nam quæ (nostis enim) fuit illa scientia legum?  
 Quis simul & diæ religionis amor?  
 Quæ duo sic junxit, merito ut dubitare liceret,  
 An mage Theiologus Juridicusne foret.  
 Vah! raro in magnis decus hoc solet esse repertu,  
 Quo magis at rarum est, hoc mage laudis habet.  
 Quæque venit longo prudentia tempore, at illi  
 Quæ vigili studio venerat ante diem?  
 Tum quod consilium? tum quæ constantia? agendis  
 Et magno rebus pondere dexteritas?  
 Propositumque tenax & inexpugnabile iusti?  
 Mensque æquo pelli nescia muneribus?  
 Nec minor in quemvis bonitas? studiumque iuvandi  
 Præcipue vel re consiliove bonos?  
 Quæ porro integritas? & candor apertus? & ingens  
 Quæ fere nunc terris exulat illa fides?  
 Ne quoque dicamus curas vigilesque labores,  
 Publica quæ propter commoda sustinuit.  
 Nec sibi concubia requiem dans nocte, nec ægro,  
 Dum Regi & patriæ commodus esse queat:  
 Quin diros inter podagræ, mirabile! morsus  
 Et lecto affixus & fuit ille libris.  
 Namque ea cunctorum memori nunc ore feruntur,  
 Candida queis puro pectore vena salit.  
 Hæcque Archiva ferunt, & Consistoria, & omnis  
 Curia cum patribus, terraque Parthenopes.  
 Nec tantum illa ferunt, sed eum lugentque, dolentque,  
 Tam nunc eximio se spoliata Viro.  
 Hic vos ante alios, Musæ, propensus amavit,  
 Et studio dignas censuit esse suo.

Hic vos ante alios (prope quod vos tangit) egenas  
 Sæpe suo clemens extulit auxilio.  
 Cum cuperetis enim primas hæc figere sedes,  
 Ut fieret, princeps ille patronus erat.  
 Cumque deesset adhuc census pro tempore certus,  
 Annuus, effecit, largus ut accideret.  
 Hæc vos, hæc memori non tantum corde tenere,  
 Sed pleno gratas ore referre decet.  
 Fallimur, an Musis dicto mox ora rigantur,  
 Sollicitæ casum collacrimantque Viri.  
 Et cadit e manibus plectrum, queis pectora plangunt,  
 Et sumunt tædas funeris attonitæ;  
 Et pictas ponunt vestes, pullasque requirunt,  
 Seque parant, passis crinibus, exequiis.  
 Fallimur, an spondent, (neque enim suevere modestæ,  
 Nec decet, esse dati muneris immemores)  
 Se benefactorum memores tanto usque futuras,  
 Dum liceat gratis sedibus hisce frui:  
 Hæcque suis animis hæc sursura perinde, metallo,  
 Seu cedro, aut duro marmore scripta forent.  
 Et quantum in sese, quantumvis mortuus esset,  
 Dignum laude virum velle vetare mori.  
 Idque suo divis promittere manibus anne  
 Nomine nos orant, queis data cura sui est?  
 Imo ita: nam nobis cippo mandanda, Viator,  
 Talia, quæ secum, verba dedere, legat:  
 QVI JACET HOC TVMVLO, DIES KOVIVS, ARTE STVPENDVVS,  
 EXCELLENS MERITIS, STEMMATE CLARVS EQVES,  
 REGIS AB ARCANIS, NOBIS PATRONVS EGENIS,  
 (GYMNASII ID MVSE SPONTE FATEMVVR) ERAT.  
 ERGO FAMA VIRI NOBIS ÆTERNA MANEBIT,  
 ET CIPPVS NOSTRI TESTIS AMORIS ERIT.  
 QVOD SVPEREST, PLACIDE REQVIESCANT OSSA PRECAMVR;  
 (QVI LEGIS HÆC, ETIAM ET TV MORITVRE, VOVE.)  
 DVM REDIVIVA OLIM, MENTIQVE REVINCTA BEATÆ  
 ÆTHERIA POSSINT HÆC QVOQVE LVCE FRVI

† † †




78 M 407

ULB Halle 3  
004 387 996



50







geschehen, dunt  
hehst, mme  
nufferstehen, @



**OBITVM**  
*VIRI PERILLVSTRIS*  
ATQVE  
*GENEROSISSIMI,*  
**DN. CAROLI**  
DE **DIESKAV,**  
**POTENTISSIMI PORVS-**  
**SIAE REGIS A CONSILIIIS**  
**SECRETIORIBVS,**

*NEC NON*  
**REGIMINIS ET CONSILII SACRI**  
**MAGDEBVRGICI SENIORIS,**  
**DYNASTAE IN DIESKAV, LOHAV ET**  
**BRVCKDORF &c,**

**CVM IS,**  
**EGREGIIS, DVM VIVERET, VIRTVTIBVS**  
**CONSPICVVS,**

**AD D. XIX. OCTOBRIS MDCCXXI,**  
**MORTALITATEM EXVISSET,**

**PROPTER INSIGNIA**  
**IN GYMNASIVM ILLVSTRE REFORMATVRM,**  
**QVOD HALAE EST,**

**MERITA,**  
**GRATVM ANIMVM TESTAVRI,**  
**SEQVENTI EPICEDIO**

**PROSECVTI SVNT**  
**SACROVM AD TEMPLVM CATHEDRALE**  
**IBIDEM MINISTRI**

**ET**  
**GYMNASII ISTIVS CVRATORES.**

**HALAE MAGDEBVRGICAE,**  
**LITERIS CHRISTOPH. SALFELDII VIDVAE.**

